

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. I. De Christo in cælum ascende[n]te oracula, & vaticinia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

sumus; omnes omnino qui vel olim nati sunt, vel A
omnibus terris ac saeculis paucentur, in hujus præd
onis ungues incident necesse est. Nemo haec tenus ab
hoc prædone liber evasit, evaderet nemo. Cerneret
animo longissimam precedentium, nec minus longam
sequentium catervam. Hac ipsa, quā loquimur, ho
ra quo mortalium milia mortis falaricā sternuntur?
Mors artes omnes eludit, preces conceptissimas sper
nit, amplissima promissa rejicit, non ætatem, non
sexum attendit, natalium imagines, titulos, fasces
proterit, imperium nescit, Principes non agnoscit,
blanditias omnes contemnit, vim nullam metuit, su
perficiit omnium vitam extinguit.

Sed æquo simus animo, jam ipse etiam in prædani
cessit tam immanis prædo. Fit subinde ut juvenis ma
lè ingenuatus, & ad furtū pronus modò pecuniolā, mo
dò strophium, modò chirothecas, modò tela; jam cinc
gulū, jam librum, jam pileum furaci manu subducat.
Ita minutioribus furtis initiatus ad majorē harpagan
di peritiam in dies proficit. Audacior tandem ex aulā
Principi argenteum vel scyphum, vel patinam, vel
guttum aut maluviū clepit, sed apud aurifricem mi
ser, quem furtū venditurus adit, à Principalibus
in signis proditur; in vincula trahitur; torquetur;
hic minora furtū omnia prioris vitæ fatetur. Mors ab
orbis origine furtis & rapinis continuis assueta, mor
talium nemini non carissimum quod habuit, vitam
eripuit. Hanc protoplastis, hanc posteris universis ex
torfit; nulla domus quam non expilariit, nullæ late
bræ quibus prædam non extraxerit; ita oppida, ci
vitates, provincias, regna, jam sapientiū vacuavit in
colis, huic rapiendi licentia jam nimium assuetæ.
Sed hec omnia minuta possunt censeri furtū, & La
verna artes jocose. Illi omnes erant homines cadu
ci, velut poma vermiculosa, putrida, ad moriendum
nati. Hinc homines ejuscemodi abripunt in prædam,
morti non erat probrosum. Sicuti certos ad viam
consitas depopulari, aut silvestria pira vel poma fur
tis nata carpere, viatoribus non vettum; quis enim
ea curat? ita mors impud' sustulit, quos ad interi
um editos scivit. At ubi mors Christum Dei Filium,
benedicūt virginī utri fructūm carplit, cūm vi
ta Dominum occidit, cūm aureum hoc carcēsium
surripuit, furtū audacissimum, & prioribus mi
nutis omnibus longē grandius commisit, nec enim
peculatus tantum, aut rapina vel sacrilegium, aut pla
gium, sed lese majestatis crimen fuit maximum. In
hoc flagrantissimo delicto mors deprehensa, & ad
crucem Dominicam, velut ad equileum torta prio
ra furtū omnia est confessa. Atque hoc obeunte Chri
sto sepulchra referata, tefstantur sepulchrorum aper
tio, scleris confessio, rapinarum restituatio. Perinde
si mors dixisset: En Domine, arcum & sagittas meas,
en prædam, quam rapui ac sepulchris abdens occul
tavi. Me viēta fateor, parata furtū omne restituere.

Vicit ergo, vicit bonus Iesvs, vicit Elephantem,
vicit Leonem, vicit & Crocodilum. Mundus, mors,
diabolus, triumphali curru Christi captiva mancipia
trahuntur. Id triunphe! Absorpta est mors in victo
riā. Vbi est mors victoria tua, ubi est mors stimulus tuus?
Nōnne prædictum: Ero mors tua, ô mors: vix qui pre
daris; jam prædata, jam ipsa facta es preda. Deo au
tem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum
Iesum Christum. Iam mori non formidemus. Bo
na mors, initium est vita.

CAPUT XII.

De Christi in cælum ascendentis gloriâ.

PROMISSIS, reor, stetimus, & de Christo etiam
Resurgentē differimus. Sed omnino par est, ut
Tom. II.

qui Resurgentis victoriam spectavimus, Ascenden
tis quoque triumphantum hilari eret, que vultu prole
quamus. His ego, mi Lector, quā potero, brevissi
mus ero, & summa rem capia non explicabo, sed
eo solum digito monstrabo, altiori cogitatione com
mitandā. Eſſet quidem dignissimum & Ascenden
tis gloriam singulā i libro proponere spectandam:
nec ad eam r̄am parata jam ceteris scriptis decel
let, sed ne nimis extra promissum abeam, & de
mum de tabulā manum amoveam, hanc visum est
coronidem ac clausulam apponere.

§. I. De Christo in cælum ascendentis orati la & vaticinia.

ENOC homo justus in cælum à Deo translatus
est, idque ante Moicas leges. Et facti sunt omnes
dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni. Ambulavit
cum Deo, & non apparuit, quia talit eum Deus. Elias dum
Moicas leges starent, in cælum currū igne subve
tus est. Cūque pergeret, & incedentes sermo[n]arentur
(Elias & Eliseus) ecce currus igneus & equus ignei divisorunt
utrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum. Servator
orbis Christus novā legē gratiæ stabilitā, nec transla
tus, nec subiectus, orbes cælestes suā virtute penetra
vit, non sine spoliis cō reveritus unde ad nos descen
derat. Ascensionis ergo sue Dominus prænuntios &
testes habuit: unum ante legē, unum sub legē, ut quan
doq; veniret ipse, qui veraciter cælos transtire posset.

Ita nepos Abrahāni Iacob, in baculo meo, inquit,
trasiri Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior.
Ita noster ē celo peregrinus ad nos pauperissimus ve
nit stabulo exceptus, nunc hominum & Angelorum
turmis stipatus revertitur. Hac in re nō diffimilis ori
lioni, qui habet centum oves, & superdidierunt unam ex illis,
dimitti ponagint novem in deserto, & radit ad illam qua
perierat, donec invenient eam: & cum invenierit eam, impo
nuit in humeros suos gaudens, & veniens domū convocat ami
cos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mibi, quia inve
ni ovem meam, que perierat. Ita Christus Angelis reli
ctis, perdītæ genti humanæ in subsidium propera
vit. Vbi amīsum hanc oviculam invenit, inter gau
dia in cælum remeavit.

Canebat oīm Moyses: Sicut aquila provocans ad vo
landum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas,
& assumpit eum, & portavit in humeris suis. Christus aquila
non absimilis ē pluribus cauſis: 1. Aquila volucrū
regina, volutu vincit omnes. 2. Solem irretortis ocu
lis intuitor. 3. Vngue & rostro vietum fibi parat
præda. 4. Pullis suis providet sollicitissime. 5. Solis
aspectū recusantes pullos exturbat nido, & ut de
generes abicit. 6. Adulatores ad evolandū exem
pto suo provocat. 7. Tandem illos deferit, ut ipsi suo
se labore alant. Christus 1. Rex est tam in præsē
quā in cruce, tam à Magis adoratus, quā à mili
tibus & Phariseis irritus. 2. Christus Deus seipso bea
tissimus, etiānum viator, & cūm inter nos ageret,
aspe& Dei fruebatur. 3. Exarmatis hostibus, quos
occumbendo vicit, spolia detraxit. 4. Cūm dilexisset Ioh. c. 13.
suis qui erant in mundo, usque in finem dilexit eos; & hoc
unum moriendo egit, ut sui viveant. Filios in ma
lum obstinatos, disciplina oſores, à paternā indole
alienos exhāredat, reicit, & se segregat. 6. Suos ad
cælestia inuitans, In domo Patris mei, ait, mansio[n]es
multæ sunt: Vado parare vobis locum. 7. Rediturus in Ioh. c. 14.
cælum suis valedicens, vado, inquit, ad eum qui misit
me. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implexit cor ve
strū. Sed ego veritatem dico vobis, expediri vobis nō ego vadam.
Hæc omnia diversis oraculis & vaticiniis illustris
fima. Micheas precinīt: Ascendit pandens iter ante eos. Mich. c. 2.
Et transibit Rex cōlām coram eis, & Dominus in capite eo
rum. Huic regius Pſaltes respondet velut rem gestam.

P P com

446 De Christo Resurgente. Pars III. Caput XI.

Pf. 56. v. 6. commemorans. Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tuba. *Curus Dei decem milibus multiplex, milia letantur.* *v. 18. & 19.* *Domini ejus in Sinai in Sancto.* Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, acepisti doxa in hominibus. Isaías non sine admiratione interrogans, Quis est iste, inquit, qui *v. 1. & 2.* venit de Edom, tinctus vestibus de Bosrā, iste formosus in solā suā, gradiens in multitudine fortitudinis sue? Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *Hunc ipsum* è bello reducem victorem *Psal-*
tes divinus prædicans, Deus meus, inquit, *magnificatus*
1.2. & 3. *es rebementer. Confessionem & decorum industius, amictu lumi-*
mina sicut vestimento. Qui pónis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorū. His vaticinis Paulus con-
Ad Ephes. c. 4. siderat, Ascendens in altum, inquit, captivam duxit ca-
v. 8. 9. ptivitatem, dedit dona hominibus. Quid autem ascendit quid
& 10. est, nisi quia & defendit primum in inferiores partes terra:
Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes calos, ut
Greg. hom. impleret omnia. Illuc enim revertetur, ubi jam erat, & in-
2. in Evan. de redib. ubi remanebat: quia cùm per humanitatem ascen-
deret in celum, per divinitatem suam, & terram pariter con-
Leo serm. 1. tinebat & celum. Quaeritur, inquit B. Leo, Christi ascen-
de Ascens. sis, nostra est proiectio, & quo praecedit gloria capitū, ed
Dom. mibi spes volatur & corporū, dignis exultemus gaudii, & piā gra-
pag. 203. triarum actionem letemur. Sed hoc probē sciamus: Quod
profundiu jam descenderimus, hoc deinde altius
ascendemus.

§. II. Christi in celum ascendentis imagines & umbrae.

Imago Christi in celum, mox Philistaei insidiis cinctus est. At ille, quod Iudicum Annales memorant, Dormivit usque ad denitis fuit medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & serā, imposita que humeris suis portavit ad verticem montis, qui resupit Hebron. Dominus Ies-
vers. 3. vs, Samson verissimus, Iudaorum tribulum suo-
rum perfidiā in crucem actus, & in tumulo compositus dormivit ultra noctis medium. Denique portas æternitatis complexus in altissimos celi montes eva-
Cant. c. 5. sit. Hic ille noster Samson leonem ab inferis, sevum nimis, in viā confecit. Hic nostra libertatis vindex &
vers. 1. assertor, myrram cum aromatibus mesquit moriendo, favum cum melle comedit resurgendo, vinum cum laete bibit ascendendo.

David. Postquam Regius Saulis citharecdus & armiger *1. Reg. c. 18.* David formidinem Hebrei agminis Goliathum de-
v. 6. & 7. jecit & obtruncavit, à Palestina Metropoli Hierusalem ceterisque civitatibus, ingenti plauſu & gratula-
tione, non sine symphoniam & festis choreis est re-
ceptus. Christus devictis hostibus, mundo, morte, diabolo, festivissimis plauſibus ab omni celo salutatus, in civitatem illam manentem, beatissimam, est introductus.

Hic idem David jam unopus rex, cùm adversus Amalecitas eruptionem moliretur, quadringentis foliū visis stipatus, Ecce illi (quod fasti Regum affuerunt) *1. Reg. c. 30.* discubebant super faciem universa terra comedentes & bi-
vers. 16. 17. bentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis que ceperant de terra Philistij, & de terra Iuda. Et percusit eos David à vespere usque ad vespere alterius diei. Venit ergo David in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens: Accipite benedictionem de præda ho-
ustum Domini.

Iam hostes Christi velut re optimè gesta, & amoto grandi adversario triumphabant. Sed ecce dum sibi met applaudunt stultissime, diemque festum agunt, Christus à funere redivivus è tumulo prodit, novā suos lætitia perfundit, benedictionem & munera di-
Lei ser. 2. de vidit, in celum triumphans reddit. Iam revera, quod
Ascen. Dom. beatus Leo dixit, infirmitas in virtute, mortalitas in im-
pag. 206. mortalitatem, contumelia transiit in gloriam, quam Domi-

A nus IESVS in multis manifestis documentis, multorum declaravit affectibus, donec triumphantem victorie, quem reportarāt à mortuis, inferret & celis.

Jacob Ilaci filius Iosepho sibi nato sacerdotum Labanum conveniens, Dimittit me, inquit, ut revertar in patriam, & ad terram meam. Raphaël Angelus suo munere in Tobiae itinere perfunctus, Tempus qđ ergo, in Tiberias, inquit, ut revertar ad eum, qui me misit. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus. Christus non uno sed pluribus filiis inter labores & dolores acquisitus, Et nunc, ait, rado ad eum, qui misit me. Exiit a Parre, & per Iordanem in mundum; iterum relinquo mundum, & rado ad Patrem.

Hic ille magni confili Angelus est, hic ille rex gentium, orbis dominator & triumphator. Qui, ut canit, Psaltes, in sole posuit tabernaculum suum; & ipse tamquam Iob, sponus procedens de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currēdiam viam; à summo calo egredens ejus, & occursus ejus usq; ad summum ejus, nec est quā se abscondat à calore ejus. Psalteria accinit Ecclesia: Omnis pulchritudo Domini exaltata est super sidera, species ejus in nubibus celi, & nomen ejus in eternum permanet.

Iam loquitur unde quaque bellis, jam templo Salomonis perfecto, intulerunt arcā fæderis Domini in locum templi suum, in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas Cherubim. Cruentum proflus prælium in monte Golgotha finitus est. Iam arca Domini, Humanitas Christi destinato loco, cœlesti solio recipitur. Iam, inquit, B. Leo, natura humilitas in Christo super omnem celi multitudinem, supra omnes ordines Angelorum, & ultra omnium altitudinem Potesstatum ad Dei Patris est provecta confessione.

§. III. Christi in celum ascendentis potestas, per quindecim prærogativas, & decora illius explicatur.

Christus a suis abiturus, Vos autem, inquit, sedeti in Lætitiam civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Et cōveniens præcepit in ab Hierosolymis ne discederent, sed expeditum promissiōem Patris. Unde autem discipuli, quod Matthæus afferit, abiérunt in Galileam, in montem ubi confiteruerat illis IESVS. Et videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. Et accedens IESVS locutus est eiis dicenti: *Datus est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Omnis potestas eaque integerima, non restituta aut parce prefinita, sed absolutissima & perfectissima, quam naturā & æternū habuit ut Deus, dono accepit ut homo; quā quidem potestas auctoritate ac imperio non in corpora tantum, sed in animos etiam & spiritus dominetur. Huic potestatis rectius explicanda, prærogativas Domini IESVS in decoraque quindecim divinissima alto pectora consideranda subjungo.

DOMINI IESV QVI-NDECIM PRÆROGATIVÆ AC DECORA.

I. Dominus IESVS naturalis Dei filius est, non extraneus, non adoptivus, uti nos. Et verè unigenita, Quen Deus, Paulo teste, constituit heredem universorum, per quem fecit & fecula. Cui Pater dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hic est imago Dei invisiibilis, primogenitus omnium creature, quoniam in ipso condita sunt universa in celo & in terra, visibilis & invisibilis, sive throni, sive domini, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso condita sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso consistunt.

II. Mirificè conceptus, natus, adoratus, in Thabor Patris voce, nivea veste, obumbrante nube, radiante facie, Mose ac Eliā testibus declaratus: Hic est filius cuius deus meus dilectus, in quo mihi bene complacuit; ipsum audite. Vicitur Iacob, jam morte dixerat Christus: Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo, dicens: Er clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo que stabat & audierat, dicebat tomum trium esse factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit IESVS & dixit: Non propter me hac vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi; nunc princeps hujus mun-
di qđ